uxorem consanguineorum sive uxoris usque ad tertiam generationem vel progeniem
nemo in uxorem ducat. Quarta vero vel quinta si juncti fuerint non
separentur. Ecce quousque valeat de affinitatis observantia loquitur auctoritas. Alii
enim usque ad vii gradum eam observari sanciunt. Alii vero in v et
vi […] in memoria contracta non diiudicant. Sed illi veritatis
rigorem isti vero dispensationem videntur proponere. Sicut enim etiam disp-
ensavit in copula affinium usque in 3m gradum sic Gregorius dispe-
nsavit in 4to gradu consanguinitatis. Illud etiam non est pretereundum
quod Gregorius nemo scripsit: Sede apostolica consule decrevisti
si femina copula nuptiali viro coniuncta quanta cognatione eius perti-
neat si eo defuncto cognatio maneat vel si sub alio viro
cognationis vincula dissolvantur vel si susceptae proles possint
legitime ad prioris viri pertinere cognationem colligere. Si una
caro fuerunt. Quomodo potest unus eorum propinquus uni pertinere nisi
pertineat alteri? Hoc nunc posse fieri credendum est. Sponso vero
defuncto in superstite affinitas non deletur, nec alia copula coniugali
affinitatem copulae prioris solvere; verum si nunc alterius coniugii soboles
plurima ad affinitatem prioris viri transire copulam. Si quis ergo
sacrilego et temerario ausu in defuncto cuius propinquum extiterit
vel sub altero affinitatis vincula dissipare vel susceptas soboles
alterius copulae propinquitati prioris credit legitime separari, hic negat
verbum Dei validum esse, quo dixit: Erunt duo in carne una.
Ecce hic prohibet si mortuo viro priore uxor eius alii nupserit
filios de 2o viro genitos ducere uxores de cognatione prioris
viri, quia filii mediante matre ad cognationem prioris viri
pertinent, cum quo mater eorum una caro extiterat. Hoc idem etiam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_334/0235

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG